



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Capitvla.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

CONCILIVM ROMANVM, ANNO
CHRISTI
904.

QVO ACTA STEPHANI VI. CONTRA FORMOSVM
habita rescinduntur & improbantur, & solius Lam-
berti coronatio tamquam citra vim legitime facta
confirmatur, anno Domini DCCCCIV. tempore Ioan-
nis IX.

De abrogatione Pseudosynodi habitæ a Stephano prædecessore.

CAPITVLA.

I.

SYNO DV M tempore piæ recordationis * sexti <sup>* alius
septimū</sup> Stephani papæ, decessoris videlicet nostri, cele-
bratum, in quam venerabile corpus Formosi ve-
nerandi papæ de sepultura violata per terram tra-
ctum est, & quasi ad iudicium deductum iudica-
ri & damnari præsumptum est: quod nunquam
decessorum nostrorum temporibus factum fuisse
traditum est, penitus * abdicamus. Et ne vltius <sup>* alius
abroga-
mus.</sup> præsumatur fieri, per quodlibet Spiritus sancti iudi-
cium interdiciamus: quia ad iudicium vocari mor-
tuus non potest, cum persona quæ ad iudicium
vocatur, ideo vocetur, vt aut fateatur obiecta, aut
conuincatur obiectis. Et omnibus patet quia mor-
tui cadauer pro se nec respondere, nec satisfacere
potest.

II.

Episcopi & presbyteri, & reliquus clerus, qui
eidem Synodo interfuerint, quia ipsi veniam pe-
tentes, coactos se terroris metu ac formidine inter-
fuisse confessi sunt prece sanctæ Synodi eis in-
dullimus, statuentes & decernentes vt nullus fu-
turis

ANNO
CHRISTE
904.

turis temporibus episcopis vim inferre, vel eos temere lacerare præsumat, quatenus cum ad Synodum conuenerint, libere eis tractare, & statuere liceat, quæ sanctorum patrum canonica censura decreuit. Nullusque eos lacerare, vel sacris Canonibus conceptis absque audientia & iusta examinatione inquietare, facultatibus nudare, aut quoquo modo in custodiam detrudere absque status sui periculo pertentet, dicente Domino: *Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Psal. 104. Indignum quippe est, vt sacerdotium senatus præiudicet, cum pateat populum sequendum non esse, sed docendum.

III.

Quia necessitatis causa de Portuensi ecclesia Formosus pro vitæ merito ad apostolicam sedem prouectus est, statuimus & omnino decernimus, vt id in exemplum nullus assumat; præsertim cum sacri Canones hoc penitus interdican, & præsumentes tanta feriant ultione, vt etiam in fine laicam eis prohibeant communionem. Quippe quod necessitate aliquoties * indultum est, necessitate cessante in auctoritatem * summam non est permissum. Sed neque de gradu ecclesiastico synodice eiectum, & non canonicè restitutum, ad altiora prouehere vllus præsumat, prout de Bonifacio primo de subdiaconatu, postmodum de presbyteratu depositum popularis manus agere præsumpsit. Si quis vero, cuiuscumque sit ordinis vel potestatis, contempto Deo, & calcatis sanctorum patrum statutis, id quoquo modo tentauerit, non solum apostoli-

Bonifacii
electio im-
probatur.

Concil. Tom. 24.

Tttt

co iudicio anathemate feriatur, sed etiam imperialem indignationem experiatur, quatenus sanctæ ecclesiæ status inuiolabiliter persistat, & iniquorum præsumptio accipiat ultionem.

ANNO
CHRISTI
904

IV.

Restituuntur ordinati a Formoso.

Episcopi igitur seu presbyteri atque diaconi, nec non & subdiaconi, ceterique alterius ordinis sanctæ sedis apostolicæ, qui ab eodem venerando papa Formoso canonice consecrati, & pro quorundam libitu temere deiectioni sunt; in proprios ordines & gradus communi sanctæ Synodi consultu reducimus, perpetuoque robore ac canonica censura stabilitos Deo auctore decernimus.

V.

Reordinationes, seu rebaptizationes, & sedium mutationes sancti patres in Africano Concilio congregati omnimodis interdixerunt: quos secuti & nos interdiciamus, statuentes, ecclesiæ, cui regulariter præpositi, perpetuo consistant; nec eis sine canonice auctoritatis publica censura eiectionis, alii ordinentur, & ecclesia diuisionem sustineat: sed secundum quod sancti patres statuerunt, vnusquisque episcopus suæ ecclesiæ curam habeat, & ecclesiasticarum rerum potestate potiatur, ne quoquomodo scissuram sancta patiat ecclesia, quia nec militibus Christum crucifigentibus eius tunicam scindere permissum est.

VI.

Probatur vnctio Lamberti, Be-

Vnctionem itaque sacri chrismatism in spiritualem filium nostrum dominum videlicet Lamber-

ANNO
CHRIST
904.

tum excellentissimum imperatorem actam, perpetua stabilitate, dignitatibus decoratam, firmam & in æternum stabilitam esse, sancto suffragante Spiritu, decernimus. Illam vero barbaricam Berengarii, quæ per surreptionem extorta est, omnimodis abdicamus. Consignationes autem sacri chris-matis & olei, vel quæque pro statu ecclesiæ gessit, firma & immutilata, vt omni tempore permaneant, apostolica auctoritate sancimus.

berengarii vero reuicitur.

VII.

Ea siquidem quæ de ipso prænominato Concilio scripta esse noscuntur, quoniam irrita, & contra canonicam auctoritatem præsumpta sanxistis: decernimus vna cum consultu omnium vestrum, si placet, igne cremantur, sicut de latrocinali Ariminen-si Synodo & Ephesina secunda scriptum continetur: & de his quæ contra sanctissimum papam Leonem ab hæreticis acta sunt, & secundum quod tempore domni Hadriani iunioris papæ synodali Conuentu illa, quæ contra domnum Nicolaum beatissimum papam Constantinopoli nequiter acta fuerant, igne cremata in sancta Romana ecclesia constat fuisse.

igni damnatur Concilium Romanum sub Stephano.

VIII.

Sergium, Benedictum, atque Marinum dudum presbyteros sanctæ Romanæ ecclesiæ, seu Leonem, Paschalem, & Ioannem dudum diaconos sanctæ sedis apostolicæ iuste & canonicè damnatos, & a gremio sanctæ Dei ecclesiæ sequestratos si aliquis homo, sacratissimis auctoritatibus fractis, illos inter ecclesiasticos viros, nobis inconsultis, habe-

Sacrilegi condem-nati.

re voluerit, aut in ipsos gradus, quibus canonica auctoritate priuati sunt, reducere quoquo modo aliquando maluerit, siue eos sacerdotes vocare, aut habere tentauerit, sciat se fore anathemate percussum a Patre, Filio, sanctoque Spiritu, tamquam qui sanctorum Canonum violator extiterit.

IX.

Violatores namque seu corruptores sacri tumuli eiusdem domni Formosi papæ, qui sub fœdere conspirationis ad capiendum thesaurum, corpus illius trahentes in fluuium Tiberim iactare non timuerunt: diuina auctoritate, synodaliq[ue] nostro consultu, nisi resipuerint, sint a sanctæ Dei ecclesiæ liminibus separati.

X.

Iubentur
interesse le-
gati tumul-
tus tantum
uirandi cau-
sa.

Quia sancta Romana ecclesia, cui Deo auctore præsidemus, plurimas patitur violentias, pontifice obeunte, quæ ob hoc inferuntur, quia absque imperatoris notitia, & suorum legatorum præsentia, pontificis fit consecratio, nec canonico ritu & consuetudine ab imperatore directi interfunt nuntii, qui violentiam & scandala in eius consecratione non permittant fieri: Volumus id vt deinceps abdicetur, & constituendus pontifex conuenientibus episcopis & vniuerso clero eligatur, expetente senatu, & populo, qui ordinandus est, & sic in conspectu omnium celeberrime electus ab omnibus, præsentibus legatis imperialibus, consecretur. Nullusque sine periculo iuramentum vel promissiones aliquas noua adinventionem ab eo audeat extorquere, nisi quæ antiqua exigit consuetudo, ne

ANNO
CHRISTI
904.

ecclesia scandalizetur, vel imperatoris honorificen-
tia minuatur.

XI.

Quia scelestissima etiam consuetudo inoleuit, ut obeunte sanctæ Romanæ ecclesiæ sedis pontifice, ipsum patriarchium deprædari soleat; & non solum in ipso sancto patriarchio, sed etiam per totam ciuitatem & suburbana eius talis bacchatur præsumptio: nec non quia & id inultum hæcenus neglectum est, adeo ut omnia episcopia eadem patiantur vniuscuiusque ecclesiæ obeunte pontifice: quod ne vterius præsumatur, omnimodis interdiciamus. Quod qui facere præsumperit, non solum ecclesiastica censura, sed etiam imperiali indignatione feriat.

De patri-
archio ex-
pilando
præna con-
suetudo.

XII.

Perniciosa inoleuit consuetudo, ut iudex publicus vel minister peccata populi, quæ ab episcopis sunt inquirenda quibus animarum sollicitudo commissa est, quasi inquirenda vendant, & ea occasione licenter scelesta vita augmententur; & si in proprietate ecclesiæ vel clerici feminas inueniant, adulteras infamant, comprehendunt, dilaniant, donec domini earum vel parentes eas redimant, pro quo consanguinei earum in non modicam deueniunt paupertatem: & eo ordine liberius post venditionem fornicari non metuunt, dicentes nihil pertinere ad episcopum, quæ a publico examinata dinoscitur & redempta: quod omnino irregulariter inoleuisse manifestum est. Habeant igitur episcopi singularum urbium in sua diocesi li-

beram potestatem adulteria & scelera inquirere, vlcisci, & iudicare, secundum quod Canones censuerunt, absque impedimento alicuius. Et cum opus fuerit, ad comprimendos rebelles & contemptores publicum placitum conuocent, non ad præiudicandum, sed potius ad ea quæ Deo placita sunt, & saluti animarum conueniunt, prosequendum.

ANNO
CHRISTI
904.

NOTA.

¹ *Concilium.*] Inter decimumquartum & decimumquintum capitula in codice Antonii Augustini, teste Baronio, interposita leguntur duodecim capitula alterius cuiuspiam Concilii, quæ ob venerandam antiquitatem digna sunt meo iudicio quæ hoc loco edantur & subiiciantur.

CANONES CONCILII ANONYMI

EX ANTONII AVGVSTINI CODICE.

I.

VT comes inter honores suos rapinam exercitus legi subiiciat.

II.

Vt imperiales homines ad colloquium siue seruitium imperatoris properantes suis stipendiis sint contenti.

III.

Vt nullus comitum * arimannos in beneficia suis hominibus tribuat.

IV.

Vt homines comitum nullatenus in domibus arimannorum resideant, sed domos reipublicæ instaurent, ibique resideant.

V.

Vt scriptoribus publicis nullatenus interdica-

* f. legendum hic arimannos. vax Franca, frequens. in lib. 3. capitul. cap. 14. 18. 35. 67. 68. & ibi a scriba sic pro tribuere usurpatis ponitur, sed hic pro persona.